



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

17 Sponsalia quomodo recte contrahantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

matrimonium invito contrahere, quos ipsi domini, vel magistratus illis præscribunt, anathematis poenam ipso facto incurrunt, *cap. nullus*, 36. q. 2. & concil. Trid. c. 9. de reform. matr. ead. sess. 24.

14. Sponsalia largo modo sunt non solum de futuro, sed ipsam mutui conjugali consensu dationem, quam sponsalia de presenti dicimus, ex quibus verum matrimonium contrahitur, nuncupamus, *cap. conjuges*, & *cap. qui desponsatam*. 27. q. 4. *cap. 3. loco de presump. c. 2.* & *cap. si de sponsal.* ¶ duo sed magis propria, ac frequentior sponsaliorum, & sponforum significatio sunt futurarum nuptiarum promissiones, quas de futuro appellamus, *c. nostrates* 30. q. 5. l. 2. ff. de sponsal. S. Thom. in 4. sent. dist. 27. Abb. in rubr. de spons. num. 3. & ibi Felyn. in princ.

16. Duæ enim sunt species sponsaliorum, una nuda, & simplex, quæ dicitur, cum sponsus sponsæ simpliciter promittit, quod eam ducet in uxorem, & è converso, *c. ad audientiam*, & *c. fin. eo. tit. ali.* verò firmata, quæ fit arrhis intervenientibus, vel pignoris loco arrharum datis, ut *l. fin.* & ibi Bald. in princ. C. spons. & licet à simplicibus sponsalibus pluribus ex causis abique incurso poenæ recedi possit, ubi sponsalia sunt jurata, arrha interveniente, & parte petente, iudex ad duplicatam restituendam tenetur condemnare resistentem sine causa, *gl. si. in c. gemma. de sponsal. d. l. fin.* & Tiraquell. in tract. consuet. p. 3. limit. 26. num. 4.

17. Recte autem contrahuntur sponsalia per verba de futuro ab his, qui matrimonium contrahere possunt, sed inter personas, inter quas matrimonium est prohibitum, etiam dicta sponsalia censentur

prohibita. l. oratio. ff. de spons. excepta tate, de qua cum matrimonium ante pubertatem contrahi non possit, *cap. puberes. extra de despons. impub. cap. unic. §. idem quoque eod. in 6.* & *instit. de nup. in prin.* sponsalia tamen de futuro ante pubertatem septimo anno completo contrahi possunt; *c. litteras*, & *cap. accessit. codit. de despons. impub.* Si verò ante septennium dicta sponsalia contrahantur, sunt nulla, nisi tacito consensu post septennium convalescant, *d. cap. accessit.* & *gloss. 2. in dicto cap. litteras*, & ibi Abb. in *cap. fin.* & *cap. duo pueri. eodem tit.* & tunc adveniente pubertate, potest etiam sine aliqua causa à prædictis sponsalibus recedi, *cap. de illis*, & *cap. attestaciones*, & ibi Abb. num. 5. de despons. impub. & Covar. in 4. lib. decret. Epit. 1. par. cap. 2. de atat. ad sponsal. requis. num. 2. si verò major septennio contrahit cum puella sex annorum, expectandum est, donec ipsa compleat septimum annum, ut *cap. de illis* 1. cap. à nobis, & *cap. duo de despons. impub.* & septennio expleto altero recusante iudicio tamen Ecclesiæ poterunt sponsalia dissolvi. *d. c. de illis*, & si verò, ubi etiam *gl. in v. iudicio, de despons. impub.*

19. Copula autem carnali subsecuta, sponsalia præcedentia contracta per verba de futuro olim de jure communi transibant in matrimonium per verba de presenti, *cap. veniens. il. 2. cap. ii.* qui fidem, *de spons. c. de illis*, & *c. per tuas. de cond. appo. nunc autem secus*, quia etiam carnali copula subsecuta, non transeunt in matrimonium, sed efficiuntur pura, adeò quòd teneatur Episcopus cognoscere, ¶ an possit etiam per censuram ecclesiasticam cogere renuentem ex sponsi ad